perpendere curat. Ecce nunc qui dicitis hodie aut
crastino ibimus in illa ciuitate & cetera. Videlicet
& de lucro rerum augmento cogitationis agunt. & se multo
tempore uicturos arbitrantur. & ubi annum
faciunt. sue esse potestatis autumant.
Quae enim est uita uestra uapor est ad modicum
apparens deinceps exterminabitur. Non
enim ait quae est uita nostra. sed quae est iniquitas uita
uestra. Quia iusti et eternis uiuere incipiunt.
cum ad huius uite finem peruenerint. Inimici autem
domini mox honorati & exaltati fuerint.
deficientes ut fumus deficient. Scienti igitur
bonum facere & non facienti peccatum est illi.
Per totum epistole huius textum beatus iacobus ostendit
quia hi quibus scripsit scientiam benefaciendi
habebant. simul & fidem rectam quam didicerant